



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbiqve Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxonicam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

Protestatio Iohannis Cochlaei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

Protestatio Iohannis Cochlæi.

Postremò igitur post tædiosum hūc laborem nō modica inquisitionis molestia exanclatum, ita protestari contra maligna quorundam iudicia operè premium videtur, imprimis, quicquid in hoc cunctisque aliis libellis meis à me scriptū est, id totum Sedis Apostolicæ, Ecclesiæque Catholicæ iudicio, plena & deuotione, & obedientia submitto, correcturus, imò pro corredo & reuocato iam habens, quicquid superioribus meis erroneum aut malè positum videbitur. Deinde, si qua verba festinanti mihi (nam ad longum iter ineundum certa mihi dies tum præfixa erat) elapsa sint inconsultius, quæ iustè vel huius, ad quem scribo, vel alterius Principis animum ad indignationem mouere possint, ab iustè indignantibus veniā sup pliciter præcatam volo, humiliter petens, ut simplicitati condonetur quicquid imprudenter, non malignè à me positum deprehenditur. Scriptum est enim: *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir: Ego autem perfectus minimè sum, fieri ergo potest, ut feruentiori fidei zelo incitatus, aut afferendæ veritatis necessitate adactus, aliqua scripsferim, quæ aliter affectos offendere possint.* Ego autem, Deo teste, probè conscius

PROTESTATIO 10. COCLÆI.

mīhi sum, quōd nihil iniuriandi animo in vī-
lum Principem hīc scripserim, sed solummo-
do admonendi gratia totum hunc laborem fi-
deliter susceperim. Proinde non iniuria, à qua
longè abest animus meus, sed obsequium stu-
diūmq; bene promerendi rectius dicetur (spe-
ro) labor iste, ab iis præcipuè, quibus cordatū
affectibūsque liberum fuerit iudicium: Haud
secus enim dicturus essem, quām in hoc libro
scripsi, vel sub arctissima Iurisiurandi religio-
ne, si fidelitatis iuramento adstrictus essem Il-
lustrissimo Principi Electori. &c. atque ab ea
vel in medio Consiliariorum suorum consel-
su ac secretissima consultatione sententiam
iisce de rebus interrogarer: Tātū abest, vt vel
iniuriandi vel circumueniendi studio aliquid
hīc scripserim.